

Antichità romane a.a. 2024/5 (Prof. Piergiorgio Floris): fonti

1. Ulp. 68 *Ad ed.*: «*Sacer locus est locus consecratus, sacrarium est locus, in quo sacra reponuntur, quod etiam in aedificio priuato esse potest ... Proprie dicimus sancta, quae neque sacra neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata: ut leges sanctae sunt, sanctione enim quadam sunt subnixae*».
2. Liv. I, 19: «*Sed quia in civitate bellicosa plures Romuli quam Numae similes reges putabat fore iturosque ipsos ad bella, ne sacra regiae vicis desererentur flaminem Iovi adsiduum sacerdotem creavit insignique eum veste et curuli regia sella adornavit. Huic duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino, virginesque Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium et genti Conditoris haud alienum*».
3. Fest. 348L: «*Septimontio ut ait Antistius Labeo hisce montibus feriae: Palatio cui sacrificium quod fit Palatuar dicitur; Veliae cui item sacrificium; Fagutali, Suburae, Cermalò, Oppio, Caelio monti, Cispio monti*».
4. Fest. 198-200L: «*Ordo sacerdotum aestimatur deorum <in caerimoniis, ut> maximus quisque. Maximus videtur rex, dein Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto pontifex maximus. Itaque in <conviviis> solus rex supra omnis accumbat licet; Dialis supra Martialem, et Quirinalem; Martialis supra proximum; omnes item supra pontificem. Rex, quia potentissimus: Dialis, quia universi mundi sacerdos, qui appellatur Dium; Martialis, quod Mars conditoris urbis parens; Quirinalis, socio imperii Romani Curibus ascito Quirino; pontifex maximus, quod iudex atque arbiter habetur rerum divinarum humanarumque*».
5. Plut. *Num.* 12, 3: «*Numa stabilì anche la durata del lutto a seconda delle età dei defunti e dei periodi dell'anno: nessun lutto per un bambino inferiore ai tre anni; per i maggiori di tre anni, un mese di lutto per ogni anno di vita del defunto, fino a un massimo di dieci mesi: per nessuna altra età era previsto un lutto più prolungato, ma il periodo massimo di lutto era di dieci mesi: e tanto durava anche la vedovanza delle donne dopo la morte del marito. La donna che si fosse sposata prima, secondo le prescrizioni di Numa, avrebbe offerto come sacrificio una mucca gravida*» (Trad. di A. Meriani).

6. Dion. Hal. *Ant. Rom.* II, 74, 3: «Se qualcuno faceva sparire o spostava le pietre [terminali], [Numa] stabilì per legge che venisse considerato sacro a quel dio, cosicché se uno volesse ucciderlo come sacrilego vi fossero l'impunità e la possibilità di conservare uno stato di purezza nonostante il delitto» (Trad. di F. Cantarelli).

7. *CIL* VI, 36840 = *CIL* I², 1 = *ILS* 4913 = *ILLRP* 3 = EDR071720 (Roma): «*quoi hon[ce louquom violasit] [---] / sakros esed! / Sord[es nequis fundatod neve] / [kadaver proikitod ---] a has recei io[us esed bovid piaklom fhakere. Moltatod moltam pr]evam quos re[x moltasid, boves dantod]. / [Rex ---]m kalatorem hab[etod]. [lounki]tod iouxmenta kapia duo tau[r---] / am iter pe[r--- eu]m quoi havelod neq f[hakiat] [en---]iod iovestod / louquiod qo[miti---] / Qui hun[c lucum violaverit] / Sacer sit! [---]*» = «Chiunque violi questo [bosco sacro] sia maledetto. [Che nessuno rifiuti] butti o getti un corpo ... Sia lecito al re [sacrificare un bovino in espiazione e imporre] una [multa per ogni reato]. A colui che il re [vorrà multare sia permesso dare dei bovini]. [Il re abbia un...] messaggero. Che [gli sia possibile aggiungere] una coppia [di] capi [di bestiame], sterili... Lungo la via processionale... [Chi] non [sacrificherà] un giovane animale... in una... legittima assemblea del popolo in un bosco sacro ...».

8. Fest. 422L: «*Sacrificulus [rex, appellatur,] qui ea sacra, quae re[ges facere a]ssueverant, facit. [Quem creasse dicit]ur post reges ex[pulsos lunius Br]utus».*

9. Gell. *NA* 1.12.14: «*Sacerdotem vestalem quae sacra faciat quae ius siet sacerdotem Vestalem facere pro populo Romano Quiritibus, uti quae optima lege fuit, ita te, amata, capio*».

10. Liv. VI, 41: «*Auspiciis hanc urbem conditam esse, auspiciis bello ac pace, domo militiaeque omnia geri, quis est, qui ignoret?*».

11. Cic. *de Divin.* II.34 : «*Aves internuntiae Iovis*».

12. Varro *de Ling. Lat.*, VII, 7, 7: «*Eius (scil. caeli) templi partes quattuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. In terris dictum templum locus augurii aut auspicii causa verbis finitus*».

13. Varro *de Ling. Lat.*, VII, 8: «*Tem(pla) tescaque me (= mihi) ita sunt, quod ego ea rite lingua[m] nuncupaveram*».
14. Serv. *Auct. Ecl.* V, 66: «*Varro dis superibus altaria, terrestribus aras, inferis focos dicari adfirmat*».
15. Plin. *Nat. Hist.* III, 69: «*Cum iis carnem in monte Albano soliti accipere populi Albenses: Albani, Aesolani, Accienses, Abolani, Bubetani, Bolani, Cusuetani, Coriolani, Fidenates, Foreti, Hortenses, Latinienses (area del campo Marzio?), Longani, Manates, Macrales, Munienses, Numinienses, Olliculani, Octulani, Pedani, Poletaurini, Querquetulani (Celio), Sicani, Sisolenses, Tolerienses, Tutienses, Vimitellarii (Viminale?), Velienses (Velia), Venetulani, Vitellenses*».
16. Dion. Hal. *Ant. Rom.* IV, 49, 3: «I Romani hanno sempre celebrato sino ai giorni nostri i sacrifici e queste feste, chiamandole Latine e fra le città che prendono parte ai sacrifici alcune portano agnelli, altre del formaggio, altre un certo quantitativo di latte, altre ancora focacce di miele o qualcosa di simile [...]. Da tutte viene però sacrificato in comune un toro e ciascuna ne prende la parte prestabilita. Sacrificano dunque per conto di tutte le città e i Romani ne presidiano la celebrazione» (trad. di F. Cantarelli).
17. Cato, *Or.* fr. 58 Peter: «*Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Baebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. hi populi communiter: Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis Rutulus*».
18. Augustin. *Civ.* IV, 31: «*(Varro) dicit etiam antiquos Romanos plus annos centum et septuaginta deos sine simulacro coluisse*».
19. Varro *Antiq. rer. div.* fr. 38: «*(Regnante Numa) nondum autem aut simulacris aut templis res divina apud Romanos constabat*».
20. Serv. *Ad Aen.* II, 351: «*Iuppiter Optime Maxime, sive quo alio nomine te appellari volueris; nam et ipse (Vergilius: Aen. IV, 576) ait: «sequimur te, sancte deorum, quisquis es»*».

21. Liv. VIII, 9, 6-8: «*lane, Iuppiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Nouensiles, Di Indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, Dique Manes, vos precor veneror, veniam peto feroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriam prosperetis hostesque populi Romani Quiritium terrore formidine morteque adficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro re publica [populi Romani] Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum Deis Manibus Tellurique devoveo*».

22. Sen. Nat. Quaest. II, 41: «*Haec adhuc Etruscis philosophisque communia sunt. In illo dissentiunt quod fulmina a Ioue dicunt mitti et tres illi manubias dant. Prima, ut aiunt, monet et placata est et ipsius Iouis consilio mittitur. Secundam mittit quidem Iupiter, sed ex consilii sententia, duodecim enim deos aduocat; hoc fulmen boni aliquid aliquando facit, sed tunc quoque non aliter quam ut noceat; ne prodest quidem impune. Tertiam manubiam idem Iupiter mittit, sed adhibitis in consilium diis quos superiores et inuolutos uocant, quia uastat in quae incidit et utique mutat statum priuatum et publicum. quem inuenit; ignis enim nihil esse quod fuit patitur*».

23. Macr. Sat. IX, 7-8: «*Si deus sia dea est cui populus civitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime, ille qui urbis huius populi que tutelam recepisti, precor venerorque veniamque a vobis peto ut vos populum civitatemque Carthaginiensem deseratis, loca templa sacra urbemque eorum relinquatis absque his abeatis, eique populo civitati metum formidinem oblivionem iniciatis, proditique Roma ad me meosque veniatis, nostraque vobis loca, templa, sacra Urbs acceptior probatiorque sit, mihi que populoque Romano militibusque meis praepositi sitis ut sciamus intellegamusque. Si ita feceritis, voveo vobis templa ludosque facturum*».

24. Plin. Nat. Hist. XXVIII, 18: «*Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat in obpugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum, cuius in tutela id oppidum esset, promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum. et durat in pontificum disciplina id sacrum, constatque ideo occultatum, in cuius dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent*».

25. Plin. Nat. Hist. III, 65: «*... superque Roma ipsa, cuius nomen alterum dicere nisi arcanis caerimoniarum nefas habetur optimaque et salutari fide abolitum enuntiavit Valerius Soranus luitque mox poenas*».

26. Serv. *Ad Aen.* VI, 72: «*Sibyllina responsa, quae, ut supra diximus, incertum est cuius Sibyllae fuerint, quamquam Cumanae Vergilius dicat, Varro Erythraeae. sed constat regnante Tarquinio quandam mulierem, nomine Amaltheam, obtulisse ei novem libros, in quibus erant fata et remedia Romana, et pro his poposcisse CCC. philippeos, qui aurei tunc pretiosi erant. quae contempta alia die tribus incensis reversa est et tantumdem poposcit, item tertio aliis tribus incensis cum tribus reversa est et accepit quantum postulaverat, hac ipsa re commoto rege, quod pretium non mutabat. 'tunc mulierem subito non apparuisse'. qui libri in templo Apollinis servabantur, nec ipsi tantum, sed et Marciorum [= Carmina Marciana] et Begoes [= Vegoia] nymphae, quae artem scripserat fulguritarum apud Tuscos*».

27. Cic. *Leg.* II, 8, 19: «... *earumque laudum delubra sunt nec ulla vitiorum*».

28. *CIL* X, 7539 = EDR075135 (Antas): «*Imp(eratori) [Caes(ari) M(arco)] Aureliø Antonino Aug(usto) P(io) F(elici). Temp[l(um) D]ei [Sa]rdi Patris Bab[. -c. 2-] / v[er]tust(ate) c[on]l[apsu]m a fundam(entis) restitue[nd(um)] cur[avit] Q(uintus) Co[el]ij[us] Procu[lu]s [p(raefectus) p(rovinciae) S(ardiniae)?]*».

29. *CIL* X, 7586 = I², 2226 = *ILS* 1874 = *ILLRP* 46 = EDR183895: «*Cleon salari(us) soc(iorum) s(ervus) Aescolapio Merre donum dedit lubens / merito merente. ((vacat)) Ἀσκληπιῶι Μήρρη ἀνάθεμα βωμὸν ἔστη/σε Κλέων ὁ ἐπὶ τῶν ἀλῶν κατὰ πρόσταγμα. / <:litteris Punicis> / l'dn l'smn m'rh mzbh nhšt mškl l'trm m't 100 'š ndr 'klyn šhsgm 'š bmmht šm['] / [q]l' rpy' bšt šp'tm hmlkt w'bd'smn bn hmln/k*». Traduzione del testo greco: «Cléon, incaricato delle saline, eresse un altare come offerta votiva ad Asclepio Merre secondo l'ordine (del dio)». Traduzione del testo punico: «Al signore Ešmun M'RH altare di bronzo del peso di cento 100 libbre che ha dedicato 'KLYN servo (?) dei HSGM che (sovrintende) alle saline (?). Ha ascolta[to] la sua [vo]ce, lo ha guarito; nell'anno dei sufeti HMLKT e 'BD'SMN figlio di HMLN/K» (Trascrizione e traduzione del testo punico a cura di Alessandro Campus e Danila Piacentini).

30. *ILSard* I, nr. 42 = EDR073133 (Villa San Pietro): «*Dis deabusque / secundum interpre/tationem oraculi Clari / Apollinis*».

31. *CIL* X, 7557 = EDR074168 (Forum Traiani/ Fordongianus?): «*D(eae) S(anctae) / A(tecinae) T(uobrigensi) / Serbulus / votum / s(olvit) v(otum) l(ibens) a(nimo)*».

32. Bricault 2013, pp. 75-77: «Io sono Iside, la sovrana di tutta la terra; sono stata istruita da Ermes e ho inventato con Ermes la scrittura, la sacra e la demotica, affinché non si debba scrivere tutto con la stessa scrittura. Io ho dato agli uomini le leggi e ho stabilito ciò che nessuno può cambiare. Io sono la figlia maggiore di Crono; sono la moglie e la sorella del re Osiride; sono colei che svelò agli uomini i frutti; sono la madre del re Horus; sono colei che si manifesta nella stella del Cane; sono colei che è chiamata «dea fra le donne»».

33. Apul. Met. XI, 23: «*Accessi confinium mortis et calcato Proserpinae limine per omnia vectus elementa remeavi, nocte media vidi solem candido coruscantem lumine, deos inferos et deos superos accessi coram et adoravi de proximo. Ecce tibi rettuli, quae, quamvis audita, ignores tamen necesse est. ergo quod solum potest sine piaculo ad profanorum intellegentias enuntiari, referam*».

34. Stat. Theb. XI, 719-720: «... *seu Persei sub rupibus antri indignata sequi torquentem cornua Mithram*».

35. Cic. De divin. I, 46: «*Quid ego, quae magi Cyro illi principi interpretati sint, ex Dinonis Persicis libris proferam? Nam cum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra adpetivisse manibus, cum se convolvens sol elaberetur et abiret; ei magos dixisse, quod genus sapientium et doctorum habebatur in Persis, ex triplici adpetitione solis triginta annos Cyrum regnaturum esse portendi. Quod ita contigit; nam ad septuagesimum pervenit, cum quadraginta natus annos regnare coepisset*».

36. Catull. Carm. XC: «*Nascatur magus ex Gelli matrisque nefando / coniugio et discat Persicum aruspicum: / nam magus ex matre et gnato gignatur oportet, / si vera est Persarum impia religio, / gratus ut accepto veneretur carmine divos / omentum in flamma pingue liquefaciens*».

37. Verg. Ecl. VIII, 64-67: «*Effer aquam, et molli cinge haec altaria uitta, / uerbenasque adole pinguis et mascula tura, / coniugis ut magicis sanos auertere sacris / experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt*».

38. Cato Agr. 160: «*Luxum siquod est, hac cantione sanum fiet. Harundinem prende tibi viridem P. IIII aut quinque longam, mediam diffinde, et duo homines teneant ad coxendices. Incipe cantare:*

"motas uaeta daries dardares astataries dissunapiter," usque dum coeant. Ferrum insuper iactato. Ubi coierint et altera alteram tetigerint, id manu prehende et dextra sinistra praecide, ad luxum aut ad fracturam alliga, sanum fiet. Et tamen cotidie cantato et luxato vel hoc modo: "huat haut haut istasis tarsis ardannabou dannaustra"».

39. Hor Sat. I, VIII, 23-30: *«Vidi egomet nigra succinctam vadere palla / Canidiam pedibus nudis passoque capillo, / cum Sagana maiore ululantem: pallor utrasque / fecerat horrendas adspectu. scalpere terram / unguibus et pullam divellere mordicus agnam / coeperunt; cruor in fossam confusus, ut inde / manis elicerent animas responsa daturas».*

40. Tac. Ann. II, 32: *«Facta et de mathematicis magisque Italia pellendis senatus consulta».*

41. Plin. Nat. Hist. VII, 2, 16-17: *«in eadem Africa familias quasdam effascinantium Isigonus et Nymphodorus, quorum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. esse eiusdem generis in Triballis et Illyris adicit Isigonus, qui visu quoque effascinent interemantque quos diutius intueantur, iratis praecipue oculis, quod eorum malum facilius sentire puberes; notabilius esse quod pupillas binas in oculis singulis habeant. huius generis et feminas in Scythia, quae Bitiae vocantur, prodit Apollonides. Phylarchus et in Ponto Thibiorum genus multosque alios eiusdem naturae, quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem; eosdem praeterea non posse mergi, ne veste quidem degravatos».*

42. AE 2007, 690 = EDR153024 (Neapolis): *«Marsuas a Neapoli, Dec(imum) Ostiliu(m) (: Hostilium) Donatum `mi[ser]Jum´, mutum, sur/dum, reddas quantu(m) {qu}´ ho´mini respondes».*